



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXI. Libertas, liber homo, res libera, libera administratio, libera
Voluntas liberé.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

VI.

Ad liberandum propensiores esse debemus, quam ad obligandum. *l. 47. ff. de oblig. & act. & ideo est, quod in dubio semper id quod minimum est in obligatione sequi debeamus. l. 9. de R. I. Exempla in iure passim reperire licet, veluti l. 39. §. 6. de legat. 1. l. 46. de leg. 2. l. 29. §. 1. l. 75. de legat. 3. l. 83. §. 3. l. 109. de Verb. Obl. l. 1. ff. de jur. dot. l. 51. de condit. & demonstr. nec tamen quod levius est accipitur, sed & inviti possumus liberari, ut invitus nemo possit obligari. l. 23. de solut. & liberat.*

Limita: nisi obstat favor reipubl. itaque filius, cujus avus fuit decurio, huic muneri subiacet, licet pater fuerit miles vel Professor. Brunnem. *C. de decur. column. 4. §. 5.*

VII.

E manibus calumniantium & sævientium liberare Imperatoris est. *cap. regum. 23. quæst. 5. proam. Instit. princ. vers. Imperatoriam. Carpov. cum cit. i. consil. 53. n. 6.*

VIII.

Non sola oblatione debiti, sed ejus judiciali depositione debitor liberatur. *l. 9. C. de solut.*

Limita in casu, ubi susceptor publicus Tributum suscipere renuit; pecuniâ enim post amissâ debitor liberatus est, & susceptor dupli tenetur. *Perez. C. de susceptor. n. 14. seq.*

CAP. XXI.

Libertas, liber homo, res libera, libera administratio, libera Voluntas, liberé.

Axioma I.

Libertas inestimabilis res est. *l. 106. de R. I.* imo infinita est æstimatione libertatis & necessitudinis. *l. 176. ff. eod. cum indultum ei hoc sit, ut facere possit quod liber l. 4. ff. de stat. hom. Philip. Matth. ad l. 106. & ibi Hyppolit. de Collib. omnibusque rebus favorabilior. l. 122. ff. de titul. adeo ut favore libertatis multa contra jus commune sint recepta, exempla vid. in l. 3. §. 1. de alien. judic. mutand. l. unic. C. de commun. serv. manumiss. sæpè enim favor libertatis alias benigniores sententias exprimit. l. 32. §. ult. ff. ad leg. Falcid. Unde libertati olim tantum fuit impensum, ut mori potius maluerint, quam libertate defraudari, l. fin. C. de patr. potest. Etenim nemo bohus libertatem, nisi cum anima, ut ait Sallust. in *Catilin.* amittere cupit. *Boeckel. de public. jud. diqvist. 6. n. 34. p. 158.* & ideo cum libertas & pia causa æquiparentur. Baldus in l. 1. circ. princ. C. de fideicom. libert. & in l. si de jure. C. de manumiss. testam. Bart. in l. si unus C. de testam. libertatem inter actus pios per l. 38. ff. de fideicommissi. libert. l. 1. §. penult. ubi Bald. & Gothofred. C. de commun. serv. manumiss. retulit Harprecht. in *Comm. ad §. rem suam. Inst. de legat. num. 14.* imò eam pia causa favorabiliorem esse autumat Butigella in *repet. l. quidam. ff. si cert. pet. n. 19.* atque sic omnibus rebus anteponendam, Cic. in *d. Agur.* contestis est, unde distichon:*

O felix nimium generoso pectore digna
Libertas cunctis anteponenda modis.

Hinc omnium humanorum bonorum maximum esse dixit Dionys. Halicarn. *lib. 1. cap. 33.* Si enim eam cum divitiis comparare velimus, Libertas etiam paupertas præstantior est opibus. *πείρα ἀδελφότητος πλάττει δὲ δούλον πρὸς Θεῷ.* Dundvica Britannica illa foemina apud Xiphil. in Nerone effata est, quæ pereunte omnia simul pereunt, Isidor. *5. orig. c. 27.* quæ de causa libertatis causam inter causas publicas non privatas per l. si quis rogatus 53. in princ. ff. de fideicom. liber. refert Cravett. *conf. 792. incip. in causa communitatis. n. 3.* inter graves & arduas annuerant Jason. *integ. admonendi. n. 272. ff. de jurejur.* Menoch. *de arb. jud. quæst. 2. cas. 110. n. 5.* Wesenb. *conf. 36. incip. in hac conventionione. n. 15. & conf. 38. n. 8. lib. 1.* Confil. Argent. *1. conf. 110. n. 8. & 9.* quæ regulariter præsumitur. *Libertas 4. ff. stat. hom. l. si tibi 10. C. de servit. Gail. 2. obs. 69. n. 5.*

II.

Quicumque alium servum sive hominem proprium esse dicit, illi probatio incumbit, nam pro libertate semper præsumitur. Quicumque igitur asserit aliquid statui hominis adversum, illi incumbit probatio, cum salva semper præsumatur indoles rei primigenia. Probatur verò hominem aliquem esse proprium (1.) ex nativitate, si scil. parentes tempore nativitatis fuerint rustice conditionis. *Mev. P. 6. dec. 335.* (2.) ex præstatione servitiorum, (3.) ex testibus.

III.

Libertatis verbum per se positum plerumque directam libertatem significat. *l. 5. ff. de manumiss. vind. l. 2. §. 2. ff. de jur. Codicill. lib. 65. §. 2. ff. de legat. 2.* Est enim libertatis datio grande beneficium. *l. ff. de bon. liberor. & dicitur quædam dignitas.* Panor. in *cap. 1. de serv. ordin. & quid spirituale,* Bertrand. in *c. nullus eod. tit. & c. 2. de appellat. Benedict. Symphorian. in comm. de Arrest. amor. ar. 5. pag. 477.*

IV.

Non requiritur alicujus requisitio vel licentia, quando quis potest re sua liberè uti *cap. de multa 28. ubi Abbas n. 3. de præbend. Dec. conf. 360. n. 5. Gozadin. conf. 91.* latè Tiraqvell. in *repet. l. si unquam. verb. revertatur. n. 535. C. de revoc. donat.* Non enim quis aliquid liberè facere dicitur, si faciendi incidat in pœnam. *Cornel. conf. 60. eod. volum. 2.* cum verbum liberè importet, quod liberum est omni libertate, & absolutum ab omni servitute & onere. *Cravett. confil. 122. n. 6.* maxime in conventionibus, Afflict. *conf. 3. num. 3. & conf. 8. lib. 4.* Sic liberè facere importat sine contradictione impedimenti & suo arbitratu quid facere, *cap. 1. §. 1. ubi Dd. de consub. in 6. Alex. conf. 14. n. 4. & conf. 214. n. 4. in 6. Dec. in cap. irreprehensibilis. n. 5. de appellat. Bertazol. 1. conf. decis. 21. n. 21.*

V.

Quod liberum est in revocando non potest effici non liberum. *l. fin. C. de pact. Cyn. in l. 1. C. de SS. Eccles. Bald. conf. 226. reperitur quod quidem vol. 7. ideoque juramentum interpositum su-*
per

per actum libero non efficit actum necessarium. Bald. in l. i. C. de SS. Eccles. Pantfchm. 2. q. 1. p. 1. num. 26.

VI.

Non est libertas facere quod vis, sed quod quisque iudicio & ratione dedit. Alber. Gentil. 6. de nupt. c. 22. p. 566. & p. 568. Ratio, quod omnis libertas redigenda veniat ad regulas honestatis, quia honestas seposita est ab omni excellentia potestatis. Bald. in l. i. C. de oper. libert. adeo tamen non pugnat libertas & obedientia erga Leges, ut potius demum vera libertas sit, quae divinis honestisque legibus pareat. Unde Legum servi sumus Cic. lib. 1. de offic. inquit, ut liberi esse possimus, add. Gerhard. loc. de conjug. n. 84. vers. resp. i.

VII.

Administratio quamvis libera concessa, nunquam tamen includit donationem. l. 7. de donat. ratio, quia nemo suum jactare velle videtur. l. 25. ff. de probation.

VIII.

Liberorum corporum aestimatio nulla fieri potest. l. 2. §. cum in eadem. 2. vers. jactare summa ad L. Rhod. de jact. l. q. actione 7. in princ. ff. ad L. Aquil. homines enim liberi sunt impreiabilis, Cujac. ad d. l. in Paul. lib. 34. ad edict.

Hic Locus pertinet ad multos juris articulos: adeo nemo potest ob liberum corpus occisum ex L. Aquilia agere, nec quisquam deformitatem cicatricum aestimare. l. 1. §. sed cum homo. l. ult. ff. de his qui effund. vel dejec. l. 3. si quadr. paup. fecit. dicatur.

Declarare verum esse quoad ipsum corpus sive hominis membra, quae in nullius bonis & dominio sunt, l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil. l. stipulantem. 83. §. sacrum. ff. de V. O. cum digniora ac praestantiora, quam quod pretium aliquod condignum eis respondere vel comparari possit. Secus quoad dolores & operationes per vulnerationes impeditas, quae omnino valent deduci in taxationem, prout videlicet unius membri operatio melior est, quam alterius l. ejus artificii 16. l. 38. ff. de oper. lib. Carpz. p. 3. quest. crim. 99. n. 30. Ubi ait de jure Saxonico hoc quidem (quod singulis membris hominum certam tribuit aestimationem pecuniariam) non procedere & andrecht. lib. 2. art. 13. & 16. cum Zobel. in gloss. art. 9. lib. 3. & andrecht. Matth. Coler. de processib. execut. p. 2. cap. 3. num. 51. n. tamen 32. sanctionem istam hodie non observari ex constit. Elect. 47. p. 4. tandem concludit.

Limitationem etiam quodammodo haec regula recipit in iis, qui pretii participandi causa se venundari passi sunt: hic enim in odium eorum, qui libertatem contemnunt, constitutum videtur, ut valeat venditio, & ita liberum corpus quodammodo aestimetur. §. 4. ibique Dd. Inst. de jur. person.

IX.

LIBERA quaelibet res praesumitur à servitute. l. fluminum. 24. §. ult. l. Proculus. ff. de damno infecto. l. alius. 8. l. adibus. 4. C. de servit. & aqua, princ. Instit. de libertin. Alciat. de praesumpt. reg. 2. praef. 3. Mynsing.

cent. 5. observ. 25. Rebuff. in tract. congrua portionis, n. 127. Bonacof. tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 21. communia servitutum. n. 56 pag. 425. Bertazol. de clausulis instrum. claus. 21. gl. 1. n. 1. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 156. & de praesumpt. lib. 3. praef. 89. n. 1. ubi n. 6. ampliat etiam stante quasi possessione servitutis, & praef. 91. & lib. 6. praef. 29. & conf. 2. n. 43. & conf. 75. n. 4. & conf. 127. n. 17. Masc. de probation. concl. 79. & concl. 209. & concl. 1214. n. 17. & concl. 1395. Thesaur. Pedem. decis. 216. Brun. à Sole in locis comm. verb. res. 4. Sürd. decis. 177. n. 1. Mari. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 95. n. 8. Valasc. de jure emphyt. q. 51. & consil. 82. n. 6. Castill. quotid. lib. 1. de usus. c. 7. numer. 10. Steph. Grat. discept. forens. tom. 4. c. 657. n. 39. [Unde & natura res omnes censentur liberae & allodiales, non feudales, c. 1. §. 2. si de feud. defunct. sit contr. int. Dom. 2. f. 26. ubi Belvisanus p. 131. Afflict. in c. 1. n. 280. ex quibus caus. feud. amitt. quam juris praesumptionem esse respondit Menoch. conf. 395. n. 2. vol. 4. ubi & Alvarot. in c. 1. de contr. inter mascul. & fem. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 79. num. 6. Rol. à Valle conf. 2. n. 11. vol. 3. Cephal. consil. 4. n. 30. vol. 1. Gail. 2. obs. 69. n. 5.

Persona etiam libera praesumitur. Hinc si quis tanquam adscriptitius vindicetur, is autem scilicet esse neget, ut libertate detinendus est.

Limita (1.) ut conventus fideiussorem det de rebus eventualiter Domino vincenti in causa restituendis, (2.) si dominus per 10. annos se reditus percepisse probet, Dominus in jure suo contra Libertatem defendi debet. Brunnem. ad l. 20. C. de agro, & consil. in pr.

X.

Nemo in libertate constitutus sordida reipublicae munera suscipere cogitur l. 1. 2. C. ne quis liber invitus. Spontè autem suscipere quilibet potest l. fin. C. de his qui sponte. Excipe (1.) Curiales. l. 31. C. de decur. Perez. C. ne quis liber. n. 1. 2. 4. 5. (2.) viles Personas, qui uti possunt compelli militiae nomen dare, ita & deficiente alicubi carnisce ejus munus subire Perez. ibid. n. 5. scilicet in extrema necessitate. Brunnem. ad d. l. C. in fin.

CAP. XXII.
De Liberis.

Axioma I.

Liberi vivo adhuc parente Domini paternorum quasi habentur. l. 11. de lib. & post. §. 2. Inst. de hered. qual. & differ. Liberis enim à Deo & Ecclesia nihil magis debetur, quam paterna hereditas, cap. quicumque 17. q. 4. l. cum mrit. 7. ff. de bon. damnat. l. scripto. 7. in. fin. ff. tab. testam. extab. Gædd. 1. Conf. Marp. 26. num. 25. ideoque quoad parentum successionem non tam in allodialibus,